

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XXV. TIT. II. De Actione Rerum Amotarum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Rectius ergo dicendum, Imperatorem hic mutasse jura antiqua, quae etiam ob utiles expensas compensationem admittebant; voluit nimirum Justinianus restitui dotem uxori, ne praetextu utilium impensarum in perpetuum sua caret dote.

LIB. XXV. TIT. II.

DE
ACTIONE RERUM AMO-
TARUM.

Qv. *An actio rerum amotarum detur contra haeredes in solidum, an saltem, quatenus pervenit?*

Laut. pag. 458. verb. atque ad- versus &c. **R**ESP. Datur tantum, quatenus pervenit: (1) quia est ex delicto prætoria, quæ nunquam datur contra haeredes in solidum, *L. 4. §. f. iunct. L. 7. de Alienat. jud.* (2) *Per text. expr. in L. 3. C. h. ibi: non in solidum, sed quantum ad ipsos (successores) pervenit.*

O B. J. L. 6. §. 4. ff. h. ubi haeres mulieris ex causa hac tenetur, sicut conditionis nomine ex causa furtiva: at Conditionis furtivæ nomine haeres tenetur in solidum.

RESP. Conveniunt præstatione, de qua sola in *d. L. 6.* agitur, non duratione. Haeres ergo non tenetur in solidum, nec haec tenus durat obligatio, sed tantum quatenus pervenit, & haec tenus quanti plurimi tenetur; atque hinc ei tribuitur præstatio conditionis furtivæ, cui id proprium est.

LIB. XXV. TIT. III.

DE
AGNOSCENDIS ET ALENDIS
LIBERIS, VEL PARENTIBUS, VEL PA-
TRONIS, VEL LIBERTIS.

Qv. I. *An pater teneatur alere filium statim, ex quo natus est?*

Laut. pag. 458. verb. quam pri- sum filius &c. **A**FFIRMATUR; quia est pars educationis, quæ statim incipit a momento nativitatis, *pr. Inj. de F. N. G. & C. l. i. §. 3. de Just. & Jur.* *O B. J. L. 9. C. de Patr. pot.* ubi majori trimo de aucta alimenta decernuntur.

RESP.

